



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

5. An Beneficarij, si per paucos dies omittatur recitare Horas Canonicas, excusentur non solum à restitutione, sed etiam à peccato mortali? Ex quo deducitur, quod quamvis Beneficiarius non recitans ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)



RESOL. IV.

An Beneficiarius teneatur persolvere Horas Canonicas statim, ac beneficij collationem acceperit? Ex p. 2. tr. 12. Ref. 21.

§. 1. Affirmative respondet Carolus Macigni tractatu de Horis Canonicis, c. 10. cap. 25. Gaspar de beneficijs tom. 1 part. 3. c. 1. n. 92. & alij pene ipsos.

2. Sed ego contrariam sententiam semper tenui, quam docet Lessius lib. 2. cap. 34. dub. 30. n. 167. Henricus lib. 3. cap. 13. num. 2. Vega in sum. tom. 1. cap. 228. cap. 18. Gauantus in comm. ad Rubr. Misfalis; tom. 2. sect. 1. cap. 4. num. 50. Parisius de resign. benef. lib. 1. quest. 9. num. 15. Malderus in 2. 2. tr. 10. cap. 2. dub. 3. quest. 7. Suarez de Relig. tom. 2. lib. 4. cap. 19. numer. 7. Molfesius in sum. tom. 1. tract. 5. cap. 3. num. 3. & alij quos ipsi citant. Dico igitur, tunc beneficiarium debere Officium diuinum persolvere, quando pacificam beneficij possessionem iam accepit, & non antea, quia ante dictam possessionem non potest exercere iura beneficij. Ergo consonum est, vt ad onera beneficij non obligetur.

Sup. hoc supra in Ref. §. Et hoc post medium & quamuis non plene sup. hoc lege tamen infra doctrinam. §. Et tamen Ref. seq. & alterius vers. eius annot.

RESOL. V.

An Beneficiarius, si per paucos dies omittant recitare Horas Canonicas, excusetur non solum a restitutione, sed etiam a peccato mortali?

Ex quo deducitur, quod quamuis Beneficiarius non recitans Officium Diuinum in primis sex mensibus, excusetur a restitutione fructuum, hoc non obstantes peccat mortaliter a primo die, si non recitat quotidie Officium Diuinum.

Et docetur, quod verbum statuimus, est signum inductionis noni iuris. Ex part. 11. tract. 1. & Misc. Refol. 7.

§. 1. Ad hoc subium sic respondet Caramuel in Theol. fundam. fundamenti 33. §. 24. numer. 1124. sic asserens, ait, Non habeo quid inferam, sed quia negative respondet Ioannes de la Cruz, qui citat Medinam, & Lopez, inquiri. An non eadem probabilitate, qua dicitur non teneri ad restitutionem, non possit etiam dici cum omittendo his paucis diebus non peccare mortaliter. Et ratio est, quia ad restitutionem tenetur iure natura beneficiarius, & ad lectionem iure Ecclesiastico, & mirum esset si strictius leges obligarent humanam, laxius, & benignius diuinam. Tu rem confideta, & disparitatem assigna. Ita ille.

2. Sed respondeo non recte argumentari de obligatione ad restitutionem fructuum, & ad recitandas ipsas horas Canonicas, vt vult Caramuel, aperte probatur ex communi Doctorum sententia; Nam certum est, beneficiarium excusari a restitutione fructuum, si non recitet Officium per primos sex menses, vt habetur in Concilio Lateranensi, & quamuis hoc ante constitutionem Pij V. non esset adeo certum, nunc tamen post illam indubitatum est; nam illud Pius Quintus referens Concilij decretum expresse dicit, post sex menses, ita Nauarrus cap. 7. de oratione num. 33. vers. ex quibus, & cap. 21. num. 61. & in manuali cap. 25. numer. 122. vers. ex quibus, Couarruias lib. 3. variarum ref. cap. 13. num. 10. fin. Petrus Nauarrus lib. 2. de ref. cap. 25.

Pro parte primi dubij huius Refol. infra io Ref. 80. §. Nota tertio, & pro alia parte in Refol. 115. & in alijs Ref. & §. carum annotatio num.

Sup. hoc infra lege doctrinam Ref. 110. & hic infra §. Deinde huius Ref.

Et hec sunt pugnantis sententia circa presentem questionem. Verum cui ego adhaeream (amicte lector) ex dignis rationibus proferre nolo; sed stando ex hypothese in prima sententia, oritur ex illa alia pulchra & curiosa difficultas; videlicet, a quo tempore Cardinalatus inducat obligationem recitandi horas Canonicas, a die in quo Cardinalis sumit Biretum, vel a die quo sumit Pileum rubeum. Ratio dubitandi est ista, quia Theologi, & Canonici magis nota asserunt, beneficiarium non teneatur persolvere horas Canonicas a die collati beneficii, sed a die possessionis adeptae. Ita docet Lessius lib. 2. cap. 34. dub. 30. num. 163. Suarez de Relig. tom. 2. lib. 4. cap. 19. numer. 27. Layman lib. 4. tract. 5. num. 5. Fillucius tom. 2. tract. 23. c. 5. Azorius tom. 1. lib. 10. cap. 4. quest. 7. & alij, quos etiam me citato adducit, & sequitur Petrus tract. de Horis Canonicis, cap. 5. dub. 13. num. 5.

9. Verum in nostro casu, licet aliquis fuerit nominatus Cardinalis, & sumpsit Biretum, tamen videtur possessionem Cardinalatus accipere in die quo sumit Pileum: nam tunc publice in Consistorio specialiter ad id deputato coram toto sacro Collegio, & coram omnibus illam exercet actionem, atque publice iuramentum emittit: admittitur ad osculum ab Eminentiſſimis Fratribus: incipit munia Cardinalatus exercere; vt ingredi in Consistoria, titulum Ecclesie obtinere, &c. Ergo ex illa die videtur dicendum in Cardinali incipere obligationem persolendi pensum diuinarum horarum.

10. Sed huic sententia ego adhaerere non possum, cum ei obstat Decretum sanctissimi D. N. Pij V. quod adducit Latorius in varijs. lucubrati. iur. 3. cap. 3. num. 16. & ego adduxi in part. 5. tract. 2. refol. 74. datum sub die 26. Ianuarij 1571. in quo statuitur, suspensionem Capelli esse ceremoniam accidentariam, & a die qua Cardinalis nominatur, & honorem accipit, & consentit esse verum Cardinalatum, & acquirere ius ad omnia Cardinalium munia. Ergo ex tunc tenetur persolvere horas Canonicas.

RESOL. III.

Primum Clerici minores teneantur recitare Psalmos, quos Episcopus in Ordine iniunxit? Et an Episcopus possit precipere dictis Clericis ali- quod singulis diebus recitandum? Ex p. 2. tract. 121. Refol. 10.

§. 1. Affirmative respondet Villalob. in sum. tom. 1. tr. 24. dub. 7. n. 4. Layman in refol. tom. 1. lib. 4. tr. 3. c. 4. n. 5. Suarez de Relig. tom. 2. lib. 4. c. 16. n. 15. Azorius p. 1. lib. 10. c. 5. q. 4. Lessius lib. 1. c. 57. dub. 5. n. 46. & alij. Sed Sotus de iust. lib. 1. c. 9. §. 1. & Valentia tom. 3. disp. 6. q. 2. punct. 10. asserunt, teneri tantum ex honestate, & ideo illos omittentes non peccarent mortaliter.

2. Vnde a fortiori, etiam puto contra Nauarrum, & alios Episcopos non posse precipere dictis Clericis aliquid singulis diebus recitandum, vt ex Suarez notat Fillucius tom. 2. tract. 23. cap. 5. num. 146. Layman & Villalob. ubi supra, cum multis alijs, quicquid in contrarium asserat Martinus Bonacina in de Horis Canonicis, disp. 1. q. 2. punct. 4. num. 21. Sed tunc tene primam sententiam, quia communis est, & probabilior.



cap. 2. num. 183. Iosephus Angles *de floribus quæst. Theologic. 2. 2. quæst. 83. art. 13. dictio 2. §. ceterum*, Sarratoual *lib. de officio Canonico part. 5. cap. 5. Graff. part. 1. decision. 1. 2. cap. 51. num. 3. Rodriguez part. 1. summa. 146. conclusionem 1. Stephanus Quaranta in summa bullarum verbo hora Canonica Garzia tom. 1. de beneficiis part. 3. cap. 1. num. 3. Cardinalis Toletus lib. 2. cap. 12. num. 3. dictio 1. P. Azorius part. 1. lib. 10. cap. 14. quæst. 3. P. Valentia tom. 3. disp. 6. q. 2. punct. 10. §. circa octauum, conclus. 3. P. Suarius tom. 2. de Religione lib. 4. de horis Can. cap. 29. n. 4. & 5. P. Valquez opusc. de beneficiis cap. 4. §. 1. art. 1. dub. 8. num. 42. P. Sanchez tom. 1. Consil. moral. lib. 2. cap. 2. dub. 8. concl. 1. & 2. P. Filiucius tom. 2. rr. 23. c. 10. quæst. 1. dictio 2. num. 305. & alij.*

3. Et tamen hoc non obstante, certum est beneficium, qui primis sex mensibus ab obtento beneficio horas Canonicas non persoluit, peccare mortaliter. Quia licet Concilium Lateranense in dicto decreto, & Pius Quintus in sua constitutione excuset prædictum primis illis sex mensibus à restitutione fructuum, non tamen à culpa mortali. Immo Pius Quintus expressè hoc dicit: Nam cum dixisset beneficiarium non recitament officium post sex menses, teneri fructus restituere; subdit. Item ille, qui primis sex mensibus officium non dixerit, nisi legitimum impedimentum ipsum excusauerit, graue peccatum intelligat se admisisse, ubi nihil addit de restitutione, hæc est communis sententia, ita Nauarrus *cap. 7. de oratione num. 35. vers. quinto quod, & cap. 21. num. 62. vers. en tenor, & in manuali cap. 25. num. 123. vers. nota 5. fin. Graff. part. 1. decis. 1. 2. cap. 50. n. 13. & cap. 51. num. 3. & lib. 2. de casibus referuatis cap. 28. num. 38. Vgolinus de officio Episcopi cap. 13. §. 1. num. 3. & 4. Petrus de Aragonia 2. 2. quæst. 83. artic. 13. col. 10. vers. ex dictis, Garzia tom. 1. de beneficiis part. 3. cap. 1. num. 17. Cardinalis Toletus lib. 2. cap. 12. num. 3. vers. primum sit P. Azorius part. 1. lib. 10. cap. 14. quæst. 4. P. Luffus lib. 2. de Iustitia cap. 34. dub. 32. num. 176. P. Valquez opusc. de beneficiis cap. 4. §. 1. art. 1. dub. 8. n. 44. P. Sanchez tom. 1. Consil. moral. lib. 2. cap. 2. dub. 82. num. 9. Conclus. 2. P. Filiucius tom. 2. tract. 23. c. 10. q. 1. dictio 2. num. 305. Bonacina 1. 1. rr. de officio disp. 1. quæst. 5. punct. 2. num. 8.*

4. Ergo clarè ex superius dictis apparet non valere argumentum, quod sicut aliquis intra annum per octo vel decem dies omittit officium diuinum, non tenetur ad restitutionem fructuum; Ita neque peccauit mortaliter; Nam vt supra probatum est, beneficiarius aliquando non tenetur restituere fructus, & tamen peccat mortaliter omittendo officium. Adde quod ego nego in dicto casu, beneficiarium esse liberum à restitutione, vt patet ex verbis ipsius Bullæ Pij V. & Praxis Romana ostendit.

5. Deinde nego meo Caramuelli, obligationem restituendi fructus ex omissione horarum canonicarum oriri iure naturali. Dico igitur ante Concilium Lateranense nullam fuisse restituendi obligationem, nec de iure naturali ac diuino, nec de iure communi Ecclesiastico, ac proinde nec pro illis primis sex mensibus, & ita de iure Canonico antiquo ante Concilium Lateranense communior, & verior erat sententia, Beneficiarios non recitantes officium diuinum non teneri beneficii fructus restituere, interim perceptos. Ratio est, quia nullum extat ius antiquum ad hoc obligans, nec ex solo iure naturali sequebatur talis obligatio, quia obligatio restituendi solum nascitur ex peccato contra iustitiam

commutatiam; Sed beneficiarius omittens officium ex natura rei, non peccat contra iustitiam commutatiam, licet peccet mortaliter contra obedientiam Ecclesiæ, vel contra Religionem ad quam pertinet actus orandi præceptus, præterea tota ratio, & causa adæquata obligationis pro tempore subsequente post sex menses ab obtento beneficio est ius nouum Ecclesiasticum Concilij Lateranensis, sed illud non obligat pro illis primis sex mensibus; ergo simpliciter pro illis non est talis obligatio.

6. Confirmatur: Nam in dicto Concilio ponitur verbum *statuimus*, quod est signum inductionis iuris noui iuxta Glossas communiter receptas in cap. vt ligantes de offic. ordin. lib. 6. verb. *statuimus*, & in cap. vt lic. pend. eodem lib. & Clementina final. de prescript. in eodem verbo: Hanc sententiam docuerunt Innocentius, Ioannes Andreas, Antonius Buttrius, Cardin. in cap. 1. de celebrat. Missarum ubi ex professo id docet Panormitanus num. 8. quem sequitur Felinus in cap. 1. postulasti num. 7. de rescriptis, las. in lege Seruiniarius num. 6. cap. de testament. militis, S. Antonius 2. p. tit. 2. c. 4. Summa Rollet. la verbo Clericus 4. num. 23. Silu. cler. 4. num. 16. anozonia quæst. 23. & verbo hora num. 18. fin. Tabiena verbo beneficiaria 3. quæst. 11. num. 13. & verbo restituendo num. 9. Atmilla verbo beneficiarium, num. 68. & verbo Clericus n. 27. Nauarrus cap. 7. de oratione num. 31. dicens esse communem, & cap. 18. num. 56. & cap. 21. num. 58. & 60. M. Ant. Cucchus in institutionibus maioribus l. 5. tit. 7. num. 39. Malderus 2. 2. tract. 10. cap. 2. dub. 4. Carolus Macigni de horis Canonicis cap. 28. num. 11. Nicolaus Garzia tom. 1. de beneficiis punct. 3. cap. 2. num. 10. cap. 14. quæst. 11. P. Leander, Lessius lib. 2. de Iustitia c. 34. dub. 32. à num. 178. P. Ioannes de Salas in tract. de legibus disp. 9. sect. 1. num. 24. dictio 3. & disp. 15. sect. 2. num. 27. P. Layman tom. 2. l. 4. tract. 2. c. 5. num. 1. vers. veruntamen, P. Filiucius tom. 2. tract. 23. c. 10. quæst. 2. dictio 3. num. 308. ubi dicit, hanc sententiam esse probabiliorum, & idem dicit P. Sanchez tom. 1. Consil. moral. lib. 2. cap. 2. dub. 81. num. 2. fin. ubi addit: idem tenere nonnulli valde docti recentiores, Fernandez p. 3. exam. Theol. moral. cap. 12. §. 8. n. 1. Bonacina 1. 1. rr. de officio disp. 1. q. 5. punct. 2. num. 9.

7. Licet aliqui contrariam sententiam tentant vt Sotus lib. 10. de Iustitia q. 5. artic. 6. Conclus. 3. Barthol. Medina in summa cap. 12. §. 11. Couarr. lib. 3. var. resol. cap. 13. num. 20. Petrus Nauarra lib. 2. de restit. cap. 2. num. 216. Aragonia 2. 2. q. 85. artic. 13. vers. si quis autem querat, P. Valentia tom. 13. disp. 6. quæst. 2. punct. 10. §. circa octauum vers. respondeo per distinctionem, P. Suarius tom. 2. de Religione lib. 4. de hor. Canonicis c. 29. n. 10. dictio 1. P. Gabriel Valquez tom. 2. in 12. rr. de legibus disp. 160. num. 32. & opusc. de beneficiis c. 4. §. 1. art. 1. dub. 7. num. 37.

8. Et ratio est, quia Beneficiarius omittens recitationem officij debitam, peccat contra iustitiam commutatiam, ex qua intrinsecè oritur obligatio restituendi, antecedens probatur, quia stipendiarius ex iustitia commutativa tenetur id facere, pro quo stipendium accipit, quare si id facere omittat, & stipendium recipiat, peccat contra iustitiam commutatiam; Sed talis est conditio beneficiarij: recipit enim stipendium pro labore recitandi officium: quia, beneficium datur propter officium ex cap. final. de rescriptis in 6. quotiescumque autem aliquid datur ob causam, causa non sequitur, repeti potest, vt in titulo de conditione ob causam.



9. His tamen non obstantibus, puro non esse obediendum à sententia quam docuit; Nam si beneficiarius non recitans officium, teneatur iure naturali restituere fructus perceptos, Ergo frustra Concilium Lateranense, & Pius V. exculat eum à restitutione primis sex mensibus; Nam aperte sentiunt, & statuunt, Beneficiarium, intra primos sex menses ab obiecto beneficio, officium non recitantiem, non teneri ad restitutionem fructuum, solum enim illum obligant post sex menses ab obiecto beneficio, & Pius Quintus in sua constitutione hoc expressius affirmat in vericulo, Item ille, vbi ait, Qui primis sex mensibus officium non dixerit nisi legitimum impedimentum ipsum exculauerit, graue peccatum intelligit admisisse, & non dixit fructus suos non faciet, sed illos restituere teneatur sicut dixit de non dicente officium post sex menses.

10. Et ad rationem superius adductam respondeo, obligationem recitandi diuinum officium quam habent beneficiarii, non esse iustitiæ commutatiuæ, sed Religionis, obediendiæ, ex præcepto, & institutione Ecclesiæ, & licet beneficium detur propter officium, non tamen datur sub conditione officij, sed sub modo & onere; Vnde modo, & onere non seruat, adhuc fructus erant beneficiarij ratione tituli, quem habet in beneficio, & regula illa, quod datum ob causam, causa non sequuta, repeti potest, habet locum quando causa est totalis seu principalis, non vero quando est partialis aut secundario, sicut est in hoc casu; Nam beneficium non datur primario pro officio quotidiano, sicut Mercenariis, & famulis datur stipendium pro labore, sed datur principaliter, & absolute in sustentationem Ministræ Ecclesiæ, cum onere, & obligatione recitandi officium, & ideo si id omiserit, non tenetur iure naturali fructus restituere.

11. Ex his omnibus patet responsio ad speculationem, & rationem adductam à Caramucile. Dicimus enim tam obligationem recitandi officium, quàm restituendi fructus ex eius omissione procedere ex iure Ecclesiastico. Et si ratio doctissimi Caramucilis vim haberet, posset aliquis inferre, Beneficiarium qui omittet recitationem officij in primis sex mensibus non peccare mortaliter; quia per primos sex menses, si officium omittat recitare, non tenetur ad restitutionem, sed hoc dicere, & concedere esset absurdum. Ergo.

RESOL. VI.

An Clericus habens Capellaniam cuius fructus, dempta elemosyna pro Missis ad quas teneatur, paucos percipit, teneatur persolvere Horas Canonicas. Ex p. p. 7. & Misc. 2. Ref. 8.

Ad hoc dubium sic respondet Persicus de Hor. Canon. c. 5. dub. 7. num. 6. Petes, an in Capellanis computandi sint omnes fructus, etiam illi, qui dantur pro Missis, ad quas obligat Capellaniam, verò solum illi, qui supersunt, dempta elemosyna, quæ datur pro Missis; Respondeo, circa hoc, duas esse sententias. Prima affirmat, computandos esse fructus Capellaniam, etiam illos, qui dantur pro Missis. Ratio est: quia omnes ij verè sunt fructus beneficij. Confirmatur: quia alias in beneficio curato esset idem dicendum, scilicet, quòd si dempta ea parte fructuum, quæ correspondet Missis quas tenetur Curatus celebrare pro populo, & aliis ministris ad quas obligat beneficium, fructus, qui supersunt, essent exigui, vel nulli, non obligaret ad recitandum. Sic aliqui recentiores docti.

Tom. 116

2. Secunda sententia docet, computandos esse solum fructus, qui supersunt, dempta elemosyna, quæ datur pro Missis. Ratio est: quia obligatio recitandi officium confurgit, ex stipendio accepto: sed stipendium, quod datur pro Missis, non est stipendium, quòd datur pro recitatione diuini officij; quia Clerico non beneficiario, si celebraret illas Missas, daretur illud stipendium. Hanc sententiam putat probabilem Sanchez tom. 1. consilior. moral. lib. 2. cap. 2. dub. 68. modò deducatur tantum stipendium, quantum communiter dari solet aliis Sacerdotibus pro Missis. Ex hac secunda sententia sequitur, Clericum in minoribus, qui haberet Capellaniam, cuius fructus, dempta elemosyna pro Missis, pauci, aut nulli essent, si per alium faceret Missas celebrare, non teneri ad recitandum officium: hoc autem durum videtur, & ideo mihi prima sententia videtur probabilior, & tutior: ex qua oppositum sequitur, scilicet, prædictum teneri officium recitare. Hucusque Persicus, qui pro sua sententia poterat adducere Castri Palam tom. 2. ur. 9. disp. 2. punct. 1. §. 2. n. 10. Lessium lib. 2. cap. 34. dub. 3. n. 72. Azorium tom. 1. lib. 10. c. 4. q. 8. & alios.

3. Verum ego adhæreo negatiuæ sententiæ Sanchez à Persico citati, cui adde doctum Patrem Antonium Quintanadueñas tom. 1. ur. 8. singul. 19. n. 12 & in sua Instructione Ordinandorum edita à Martino Real Vicario Hispaniensi vbi in part. 3. §. 6. num. 4. ita asserit: Conuenien oy los Doctores y Theologos modernos, que para que vn beneficio, ò Capellania obligue, es necessario tenga de renta por lo menos la tercera parte de lo, que necessita el Capellan para sustentarse congruamente, como vn Clerigo ordinario sustentará su persona, y segun el arbitrio de los prudentes. Y assi no se puede señalar quantidad fixa, porque segun la carestia, y porte de los lugares, y tiempos sera necesario mas, ò menos para sustentarse vna persona deste ordinario porte. En Castilla la vieja, y Galicia, donde todo es me barato, con vezyete y quatro ducados, ò poco mas obligaria. En Sevilla, y tierras semejantes, no obligan algunos doctos, si no llegan à treynta y tres, y algunos à mas, ducados y en años caros que passasse desto. Sic viri docti consulti, & in manuscriptis. Y esta sustentacion non solo se entiende para la comida, sino para la cosa, gastos forcosos, vestid, y los demas, segun la calidad, y porte de los Clerigos honestos de aquella tierra; y esto que a de tener, a de ser de, superauit, que es lo, que pagadas las Missas, y demas costas, queda libre, ò sobra de la Capallania, Si es muy tenue, ningun dia, ni los de fiesta, y Domingos deuen rezar, ni restituir nada. Sic Malderus, & Diana. Suplant esto con otras oraciones, ò sacro culto. Hæc ille.

Hanc etiam sententiam tenet nouissimè Escobar à Corto in tract. de Hor. canon. quasi. 3. §. 5. num. 23. vbi postquam firmasset non inducere obligationem persoluedi Horas Canonicas beneficium tenue, ita vt non suppeditaret tertiam partem mediocri sustentationis cuiusquam vulgaris, hoc est, vt ipse Escobar iudicat, tertiam partem centum ducatorum vulgarium Hispaniæ; postea subdit num. 24. quòd tenuitas beneficij non debet regulari ex omnibus fructibus beneficij in se; sed ex eo, quod remanet deductis expensis in eorum collectione, deducto stipendio Missarum, & minorum onerum: tum, quia fructus non dicuntur, nisi deductis expensis, l. Fructus. 7. in princ. & in §. Interdum. 13. & seq. aliàs l. Diuortio. §. fin. solut. matrim. l. 26. tit. 11. part. 4. Tum, quia tantum minus videtur accipere, quantum plus tenetur soluere; aut etrogare, l. Cuiuslibet. 122. §. fin. de leg. 1. l. Si legatarius. 3. in principio, de leg. 2. l. Si fundus. 23.

N n circa

Sup. his & doctrina contenta in hoc & seq. §. in Ref. 1. not. præteritæ §. vii. & infra in Ref. ro. & ad medium à verif. Quondam, & in Ref. 98. §. Et tandem nota. & in fine Ref. 8.

Sup. his in Ref. seqq. §. vii. cursum in fine.

LA N I E  
D I N I A  
S. III. IV. V  
E. III